



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

5 De secunda quadragesima nativitatis Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10949**

τριάκοντα ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας ἔσονται, ἀνά δέκα μία ἡμέρα  
γίνονται τριάκοντα ἑξήκοντα ἡμέρας, ὡς ἐν τῷ τῷ ᾠδαγματι

{ 365. }  
{ 10. } 36. Τριάκοντα ἑξήκοντα ἡμέρας  
{ 10. } γίνονται.

Πάλιν ἑπτὰ ἑβδομάδες ἀνά πέντε ἡμέρας, γίνονται τριάκοντα πέντε ἡμέρας, ὡς ᾠδε. 7. ἑπτὰ ἑβδομάδες, 7. 5. (35. τετάρτη, ἑπτὰ-  
κίς πέντε γίνονται τριάκοντα πέντε.) Ἡ δὲ μία ἡμέρα, εἰς λεί-  
πεται ἀπὸ τῶν τριάκοντα ἑξήκοντα ἡμερῶν, ὅτι ἀριθμοῖσι, διότι τῆ ἡμέρας  
ἔσονται εὐαγγελισμῶ ἐπίσιν ἰχθύας, καὶ εὐαχάνται διὰ τὴν χαρὰν ἔσονται  
εὐαγγελισμῶ. Καὶ τῆς ἑνεκα μένεται μόνον καθαρά τριάκοντα πέντε ἡ-  
μέρας ἀπὸ τῆς δεκάκισμῶ ἔσονται. Ἄλλοι γίνονται ἑπτάκις πέντε,  
τριάκοντα πέντε ἡμέρας. ὅτι ἑπτὰ ἑβδομάδες πρὸς τὸ πάρα νηστεύσιν  
ἀναπέντε ἡμέρας ἐν ἑκάστη ἑβδομάδι, τετάρτη, τῆ ἡμέρας τῆς Ἀρεῶ, τῆ ἡμέ-  
ρας Ἐρμῶ, τῆ ἡμέρας τῆς Διὸς, τῆ ἡμέρας τῆς Ἀφροδίτης. Ἡ ἡμέρας τῆς Κρόνου,  
καὶ τῆ ἡμέρας τῆς Ἡλίου ἔσονται νηστεύσιν, ὅτι ἐπίσιν ἔλαιον καὶ πίνουσι οἶνον, καὶ  
ὅτι τῆς ἡμέρας ἐπίσιν καὶ πίνουσι. Καὶ τῆς ἑνεκα ἔσονται νηστεύσιν ἡμε-  
ρῶν ἀλλὰ καὶ πὺ μόνον. Τινὲς ἵ τῶν κοσμικῶν ἐν αὐταῖς τῶν πέντε ἡμέραισι  
τῆς ἑβδομάδος ἐπίσιν ἔλαιον, πίνουσι καὶ οἶνον, ὅτι ἔσονται μέλει ὅτι  
νοῖς πρὸς τῆς δεκάκισμῶ τῆς ψυχῆς. Διαφέρει ἵ ἡ νηστεύσιν τῶν μοναχῶν  
ἀπὸ τῆς νηστεύσιν τῶν κοσμικῶν, ὅτι οἱ κοσμικοὶ δύναται ἐνίοτε ἐπίσιν  
ἔλαιον καὶ πίνειν οἶνον, ἐν αὐταῖς ταῖς πέντε ἡμέραισι, καὶ συγγνώμην  
ἔχειν ἀπὸ τῆς πνευματικῆς, ὅταν ἐξομολογηθῶσι τῶ πνευματικῶ κατ'  
εἶδος τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν. Τοῖς δὲ μοναχοῖς ἑτάμως ἔσονται ἐπίσιν  
ἔλαιον, καὶ πίνειν οἶνον, ἐν αὐταῖς ταῖς πέντε ἡμέραισι ἀλλὰ ὅταν  
ἐξομολογηθῶσι κανονίζονται, εἰ μὴ ὅτι νόσος ἴσως, ἢ ἑτέρας ἀνάγκης-

## ΚΕΦΑΛ. Ε.

Περὶ τῆς δευτέρας τεσσαρακοστῆς, τῆς Χριστῶ  
γεννήσεως.

Ἡ δευτέρα τεσσαρακοστὴ καλεῖται τεσσαρακονταήμερος, ὅτι τεσσα-  
ράκοντα ἡμέρας νηστεύσιν πρὸς τῆς γεννήσεως τῆς Χριστῶ. νηστεύ-  
σι

dies annum absolvunt, detracto jam singulis decadibus die uno, remanent dies triginta sex, sicuti id ex adscripto schemate patet:

$$\left. \begin{array}{l} 365. \\ 10. \\ 10. \end{array} \right\} 36. \text{ triginta sex dies} \\ \text{faciunt.}$$

Porrò septem septimanæ, singulæ per quinque dies definitæ, constituunt triginta quinque dies, sicuti 7 septem hebdomadæ 7, 5. (35. hoc est, septies quinque faciunt triginta quinque.) Una autem illa dies, quæ fortè è triginta sex diebus superfuerit, non venit in numerum. Causa est, quia euangelizationis, ut vocant, die piscibus vescuntur, & convivia agitant, idque ob gaudium super annunciato euangelio. Atque hinc triginta quinque dies solùm loco decimationis anni puri remanent. Qui septies per quinarium numerum multiplicati, profertur triginta quinque dies. Per septem Paschatos festum proximè præcedentes septimanas, & in qualibet septimanâ dies quinque. hoc est, die Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis & Veneris jejunant. Diebus Saturni verò & Solis non tantùm non jejunant, sed & edunt oleum & bibunt vinum, ac bis de die & edunt, & bibunt. Et hanc ob causam non dicuntur hæc jejunia, jejunia dierum, nisi quadantenus & certo respectu tantùm. Quin seculares nonnulli etiam enumeratis hinc quinque diebus edunt oleum & bibunt vinum, quia non sunt solliciti de decimatione animarum. Differentia tamen etiam aliqua in monachorum & secularium jejunio cernitur, eaque in eo sita est, quod seculares in istis quinque diebus possunt oleum edere & bibere vinum, veniam impetrantes à confessario, cum in specie peccata sua spirituali patri confitentur. Monachis verò quæ olei, quæ vini usus his quinque diebus nullatenus conceditur, quin quando confessionem suam edunt, ad hoc jejunium canone impelluntur, nisi si morbus, aut alia aliqua necessitas aliud efflagitet.

CAPIT V.  
DE

Secunda Quadragesima circa tempus  
nativitatis Christi.

Secunda quadragesima dicitur quadraginta dierum quadragesima, quia ipsos quadraginta dies Christi nativitatem præcedentibus jejunant  
Jeju-

σι μὲν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, πρῶτον μὲν ἡμεῖς ἕνεκα τῆς Χριστοῦ  
 δέυτερον δὲ, διὰ τὸ νηστεύσαι τὸν Μωυσὴν τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ  
 τότε κατηξιώθη λαλήσαι μὲν τῷ Θεῷ, καὶ πλάκας λαβεῖν, πρὸς τῷ-  
 πωσιν ἡμῶν. ἐκεῖ μὲν ὁ Μωυσῆς ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας λαλή-  
 σαι τῷ Θεῷ, καὶ πλάκας λαβεῖν. ἡμεῖς δὲ ὡδε νηστεύομεν πρᾶντας  
 ἡμέρας, ἵνα Χριστὸν, γεννηθέντα διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν ἀπαντήσω-  
 μεν, ὡς οἱ μάγοι μὲν δώρων, καὶ ὡς οἱ ποιμένες ἐλάλησαν μετ' ἀγ-  
 γέλων, καὶ ἑβραίων ἀγγέλων ἠξιώθησαν εἶδέν καὶ Χριστὸν προσκυ-  
 νῆσαι, ἡμεῖς ὅτι ἐξομολογούμενοι τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν, καὶ νηστεύομεν,  
 καὶ δευλαρογόμενοι τὸ σῶμα, Χριστῷ προσκυνήσωμεν.

## ΚΕΦΑΛ. 5.

Περὶ τῆς τρίτης τεσσαρακοστῆς Πέτρος καὶ Παῦλος.

Ἡ τρίτη καλεῖται τῶν ἀγίων ἀποστόλων Πέτρος καὶ Παῦλος. ἄρχεται  
 ὅτι αὐτὴ ἡ τεσσαρακοστὴ μὲν τὴν πεντηκοστὴν μίαν ἐβδομάδα, καὶ  
 κρατεῖ ἕως τῆς εἰκοσθι ἑννέα ἡμερῶν τῆς Ἰαννουαρίου μηνός, τρίτην, ἕως τῆς  
 ἐορτῆς τοῦ Πέτρος καὶ Παύλου.

## ΚΕΦΑΛ. 6.

Περὶ τῆς τετάρτης τεσσαρακοστῆς τῆς Θεο-  
 μήτορος.

Ἡ ὅτι τετάρτη νηστεία ἀρχεται ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας τοῦ Σεβαστοῦ,  
 καὶ κρατεῖ ἕως τῆς δεκάτης τετάρτης ἡμέρας τῆς αὐτοῦ μηνός Σεβαστοῦ.  
 ἐπὶ τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἄγεται μεγάλην ἐορτὴν τῆς Θεο-  
 μήτορος, διότι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἡ Θεομήτορ μετέστη ἀπὸ τῶν φθαρ-  
 τῶν εἰς τὰ ἀφθάρτα, καὶ ἐπαυρῆθη πρὸς τὸν υἱὸν καὶ Θεὸν αὐτῆς, καὶ  
 ἡμῶν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Ἀμήν. Καὶ εἰς τιμὴν αὐτῆς  
 νηστεύουσι δεκατέσσαρας ἡμέρας.

ΚΕ-

Jejunant autem his diebus, primò Christum hoc modo honore aliquo affiendi & venerandi gratiâ; secundò, quia Moses quadraginta diebus jejunus perduravit, & his finitis dignus habitus est, qui ad colloquium cum Deo sociandum admitteretur, & tabulas acciperet; exemplo eopse nobis ad imitandum proposito. Et tum quidem ideò Moses per quadraginta dies à cibo abstinuit, ut cum Deo loqui & tabulas de manu Dei accipere posset. Nos verò hoc tempore ideò cibo potuque vacui tot dies transigimus, ut, Christo propter peccata nostra in vitam hanc edito, ad exemplum magorum suis cum donis venientium ita occuramus, & (quemadmodum pastoribus cum angelis sermonem habere, numerosi eorundem exercitus contemplatione gaudere, Christumque ipsum adorare datum est; sic & nos effusis per confessionem peccatis nostris jejunando, corpusque nostrum domantes, Christo jejuni advolvamur.

CAPUT VI.  
D E

Tertia quadragesima Petri & Pauli.

**T**ertia quadragesima est divorum Apostolorum Petri & Pauli, quæ primâ post festum Pentecostes septimanâ initium, finem verò die vigesimâ nonâ Junii, hoc est, in festo Petri & Pauli sortitur.

CAPUT VII.  
D E

Quarta quadragesima circa festum Dei  
paræ.

**Q**uartum jejunium exordium sumit primâ die mensis Augusti, duratque ad decimum quartum ejusdem mensis. Die enim, quæ hanc excipit, decimâ quintâ solenne & magnum Deiparæ festum celebratur, eò quod die eopse Deipara à terrenis ad cœlestia, à corruptilibus ad incorruptibilia translata, ad filium & Deum suum, uti & Dominum & Deum nostrum Jesum Christum commigravit. Amen. Et in honorem hujus matris dies quatuordecim jejunium servamus.

D

CA